

Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. FENE||STELLAE DE MAGI||stratibus, sacerdotijsq[ue]
Roma=||norum libellus**

L. <Fenestrella>

Basileae, 1523

Widmungsbrief

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-810](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-810)

G V L I E L M V S P O -
S T E L L V S M A T H E M A T V M

*& peregrinarum linguarum regius inter-
pres Gulielmo Poyeto Gallia Can-
cellario S. P. D.*



VLTIS nominibus
sum adductus, Can-
cellarie æquissime, ut
hanc tenuitatis inge-
nioli foeturam, qua (ut
parentibus prole) nil
mihi in hac uita charius, nil dulcius, esse
potest, tibi dicarem. Primò, ut in amici-
tia hoc paruo quidem, sed magno labo-
re cōposito & collecto opere, me tibi
respondere ostenderem, qui singulari
beneuolētia me incogitantem fouere
cœperis: ut quum authoris curā susce-
peris, etiam eius in literis diligentia test-
timonium habeas. Alterum est, ne in-
grati animi notam, qua nil turpius, nil
ab humanitate alienius esse debet, desi-

EPISTOLA

dia, atque tuorum in me meritorum si-
 lentio subirem. Tertium, ut meum de
 Magistratibus opus, meo nomine pa-
 rum fultum, autoritateq; destitutum,
 eum adiret patronum, quæ nec autho-
 ritate maior, nec prudentia rerumq; co-
 gnitione ac usu assiduo superior, magi-
 stratum uerò creandorum emendan-
 dorum uel nullus peritior, in ipsis au-
 tem uiros optimos idoneosq; deligen-
 do nullus esset exactior: cuius auspicijs
 & in publicum prodiret, & authoris te-
 nuitatem sarcire atq; compensare pos-
 set. E diuerso uerò dicare tibi iampridem
 illæ occupationes uetuerāt, quib.
 tantū non obrueris. In te enim quā to-
 tius Gallicę reipub molem incumbere
 atq; quiescere uiderē, à te æquū boniq;
 fontem expeti, dimanare, leges per te
 conseruari, instaurari, uigere, mille libel-
 los tibi legendos, probandos, & (ut sic
 dicam) cācellandos, causas innumeras
 audiendas, te iudicijs præscribere, te u-
 num afflictis succurrere, & (ut semel fi-
 niam

N V N C V P A T O R I A .

niam) quecunque ad æquitatem inter
mortales conseruandam faciunt, te ad-
ministrare cernerē: profectò uehemen-
ter terrebar, atq; apud me res eiusmodi
perpendens dicebam: Quī poterit su-
peresse tuis legendis tempus: oleum et
operam perdis: ne inspicere quidē lice-
bit: delituisse præstiterit. Verum in hoc
animi fluctu uicit timorem benemerē-
di ardor: statuiq; potius dum ea quæ
ab officio meo non abhorrent, perse-
quor, minus opportunè me ingerere,
quàm quiescendo tibi animum in te
meum non significare. Animi non pa-
rum ad eam rem fecerat Budaus, quo,
quandiu uixit, nunquam in hoc sum-
mo honorum quo es insignitus cumu-
lo participando carere potuisti: cuius
mortis acerbicatem, ut es lachrymis co-
piosissimis ac continuo mœrore testa-
tus, ita maximum illius nomine fauo-
rem eius liberis, patre quidem dignis,
exhibes, locoq; patris es. Auxit et Laza-
rus Baysius, uir quidem certè omni bo-

EPISTOLA

harum doctrinarum cognitione, atq;
 utraq; literatura apprimè ornatus, cu-
 ius eam ob rem assiduo conuictu & li-
 teratis colloquijs quotidie uteris. Id sua
 sit Chryforeus noster, cuius in literis
 magnas animi dotes præmio digno or-
 nandas censuisti, curastiq;. Nolo hîc at-
 tingere (quod me potissimum incitare
 debebat) quot præclara ingenia euexe-
 ris, & contrà quot fucata, fauoreq; latq;
 ambitione nixa, ueluti reip. incommo-
 da ab usu fori & iudiciorum repuleris.
 Taceo quàm honorificè de doctis om-
 nibus & probis sentias, loquare: quòd
 noctes totas, quum interdû nō liceat,
 memoriàm illam, qua nec Simonides
 nec Mithridates fuit superior, in omni
 disciplinarum genere ita exerceas, ut
 facilè ipsarum professores uincas, inq;
 admirationem trahas. Me uerò uehe-
 menter permouere debebat illa tua so-
 licitudo, qua in nostris salarijs nobis re-
 præsentandis, quum aulam ea de re fe-
 ctarer, usum te sciunt omnes. Debebat
 praterea

N V N C V P A T O R I A.

præterea (nisi te aliò urgentiores curæ
raperēt quotidie) studium illud tuum
crebraq; apud regem commemoratio
de trilingui Collegio, cōmuni Regiæ
liberalitatis atq; in literas animi testis
monio, & regionum professorum no-
mine, ædificando, deq; prouentu & sa-
lario rege digno constituendo. Quum
etiā uiderem, rem literariam, unicum
futuræ uirtutis seminarium, abs te ue-
luti à suo fonte pendere, promana-
req; ab ea quam de te cōcepit spe, non
tamen me confirmabant ista omnia,
nisi Gabriel Bouerius Andium ponti-
fex tibi ex sorore nepos, in cuius clien-
telam etiā me adscriptū uoluisti, me
penè continuīs conuitijs omnino egis-
set diuersum: cui sanè ut obsequar, præ-
ter amicitiam & illius singularis uirtus
& integritas facit. Mei itaq; Magistra-
tus tuum adeunt patrociniū. Meos
enim cur etiā non appellem, qui iam
totos mille annos ipsis Græcis peculia-
ri opere desiderati, Latinis nunquam

EPIST. NVNCVP.

visi, à me unà & instaurationem & na-
scendi habent principium? Satis porro
sum habiturus, meq; maximum operæ
precium fecisse credam. si nostra uel se-
mel abs te lecta tui grauissimi acerrimi-
q; iudicii censuram accipient, inq;
tutelam tuam recipientur, atq; clientu-
li animum de te bene merendi
cupidum tibi significa-
bunt. Vale.